



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

Errores Novorvm Arianorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

Quod panis & vinum in Sacra Cœna non sint media
cœnæ instrumenta, cum quibus Christus corpus & san-
guinem suum distribuat.

IV.

Quod homo Christianus verè per Spiritum Dei re-
tinet legem Dei in hac vita perfectè implere possit.

V.

Quod non sit ea vera & Christiana Ecclesia, in qua
non externa excommunicatio vigeat, aut in qua non
externus ordinarius excommunicationis modus, de-
lectus, & processus obseruetur.

VI.

Quod is Ecclesiæ minister non possit alios salubri-
ter docere, aut sacramenta ritè administrare, qui non
ipse sit verè renouatus, iustus & pius.

VII.

ERRORES NOVORVM ARIANORVM.

REJICIMUS & damnamus etiam novorum Ariano-
rum impium & blasphemum dogma: quod af-
firmant, Christum non esse verum, essentiale,
naturale Deum, eiusdem æternæ atq; diuinæ essen-
tiae cum Deo Patre: sed fingunt, eundem tantum mo-
do diuina Maiestate, cum Patre, ornatum; ita ut reuera-
bit inferior Deo Patre.

ERRORES NOVORVM

ANTITRINITARIORVM.

QUOD Antitrinitarij aliqui vetera, & in Ecclesia
Christi approbata Symbola, Nicenwm & Atha-
nasianum, tum quoad verba, tum quoad senten-
tiam, repudiant atq; condemnant. Quod ijdem hære-
tici assertunt, non esse vnicam tantum æternam diuinam
essentiam, Patris, Filij, & Spiritus sancti: sed, ut tres sunt
distinctæ Trinitatis personæ, (videlicet, Deus Pater, Fi-
lius, & Spiritus sanctus) ita etiam vnamquamq; perso-
nam habere distinctam, & ab alijs personis separatam
essentiam. Et alij fingunt, tres illas separatas essentias

I.

(ut aliâs)